

BELGICAE TABVL A.

Germania magna coniungitur. In Occidentem Anglorum, Hispanorum, Lusitanorum, Afrorum, ac Indorum, cum Orientalium, tum Occidentalium commercia prompta sunt. Verum ut eundem locum non omnibus beneficijs cumulat natura: ita alijs aliorum defectus compensat. Cum enim incolis suis alendis, vix ægreque sufficiat hæc regio, loci commoditas ei inopiæ opitulatur: ita vt per Oceanum eius viætualia conuehantur, maiori vbertate ac varietate, quam vsquam gentium nascantur. Animalia nulla venenata producit, nisi æstas interdum accidat solito calidior, excepta Hollâdia ac Zelandia, quæ cum paludibus, è quibus Tarui seu Cespites eruuntur, sæpenumerò fœdi, colubros virofissimos gignunt. Thermas vix habet alias, quam Aquisgranenses. Nec minæra multa habent. Salem quem coquunt, multiplicant magis, quam vt confiant: Nisi enim Hispanicum habeant, suum nunquam confient. Plumbi, cupriq[ue] parum, ferri satis magnam copiam ex Leodicensis diœcesis ferrifodinis ac Hannoniæ. Cuius hic obiter mentionem faciemus, tantisper dum particularem eius descriptionem exhibeamus. Est itaque hic tractus qui sub Neruiorum aliquando imperio fuit, ac sæpius nomen mutauit: antiquitus enim, Pannonia dicta est, à Pan Idolo, quod colebant: deinceps Carbonarius saltus vocabatur, ab eiusdem in ea nominis sylua. Post etiam inferior Picardia nuncupata, tandem Hannoniæ nomen adscivit, ab Hannone Troiano, vt quibusdam placet, aut potius ab Hayne flu. qui eam fecat medium. Terra fertilis, tum quo ad acrem, tum quo ad agrum: lacubus, fontibus, flumisque irrigua, pratibus lata. Hinc inde montosa, minæris non caret ferri, plumbique ac Lithantracas etiā gignit, sicut & Leodiensis tractus, lapidis genus est, quo ignis focusque alatur. Ita vt idem ager intra viscera sua materiā foco extra in superficie, viætualia ac latissimas legites gignat, præter hos lapides, & alia tria lapidum genera gignit, inter quæ & marmor


colore variegatum ornamentis ædificiorū maximè idoneum. Vrbes mœnibus cinctas, ad 24. habet, quarum præcipuæ Mons, & Valencenæ. Regio ita amœna, ac rebus memoratu dignis referta, vt dici vix queat. Rigatur flu. Scaldis, Sambra, Tenera, Hayne, ac compluribus riuulis, lacubus, stagnisue, ac fontibus conspergitur, supraque modi fertilis est. syluis etiam ornata. Terminatur autem à Septentrione Brabantia ac Flandria, à Meridie Campania ac Picardia, ab Ortu Comitatu Namurensi, ac Episcopatu Leodiensi, ab Occasu partim Scaldi flu. partim Flandria Gallica. Hæc de Hannonia hoc loco dixisse sufficiat. Reliquarum autem prouinciarum situs, qualitates, contenta, termini que suis locis p[er]tractantur. Totius autem Belgicæ situm sub oculis h[ic] apponere vix fieri possit, propter regionis latera inæqualiter protensa, eaque etiam tabula h[ic] non omnia exhibent, tamen ne deesse videamur in hac parte, eam sic adiiciemus, vt in longitudine sumpto initio à Rotomago 22. gradibus 50. minutis, ab Occidente eam subijciamus, ac in Orientem Spiram, siue ad Nemeton urbem usque, extendamus, ad 30. gradus, & 56. minuta. A Meridie autem Argentoratum initium præstabit, ad gradum latitudinis 48. & minuta 45. in Septentrione terminabit extrema Hollandiæ ora, sub gradum latitudinis 53. & minuta 12. ita vt incipiat à principio 8. climatis, quod dicitur per Borysthenis ostia, & extendatur usq[ue] sub principium 10. quod est per Tanais ostia, ita vt parallelus eius Australissimus sit 17. dies prolixior ibidem horarum 16. medius etiam 19. diesque prolixior horarum 16½. Borealissimus autem 20. aut paulò ultra, dies autem ibidem prolixior 16¾. Ita vt longitudo computata ab Occidente in Orientem, complectatur mill. Germanica 95. Italica 380. latitud. à Meridie in Septentrionem mil. Germa. 67.

Italica 268.

LEODIENSIS EPISCOPATVS.

Vlius Cæsar Commentariorum suorū belli Gallici lib. 5. refert legionem vnam cum quinque cohortibus, quam proximè trans Padum conscripsérat, abs se in Eburones (quorū pars maxima est inter Rhenum & Mosam, quiq; sub imperio Ambiorigis & Catiuulci erant) missam, eisdemque C. Tilurinum Sabinum & L. Aurumulitum Cottam legatos præfectos fuisse, quos vna cum legione prædicta ab Ambiorige ac Catiuulco astu quodam circumvictos cæsosque ad internecionem omnes esse ipse testis est. Ab ea itaque Legione occisa Leodiensem ciuitatem nomen accepisse authorest Hubertus Thomas, & ad eam originem alludere etiam videtur Gallica vox, quibus Liege ea vrbs dicitur, quasi Legio dicerent. Sunntamen qui nominis Etymon referant ad ignobilem quendā riuulun, cui Legia nomē est, hatis procul Ans oppido scaturientem, qui tribus circiter emēsis milliaribus Leodium intrans, Mosæ miscetur. Cumque Episcopatu amplissimo gaudeat, populos sub se complectitur Cæsari veteribusque notos ac celebratos Eburones, quorū vestigium retinet Ebura oppidulum, millario uno ab Leodio distitum. Tungros qui Germanos se primi dixeré, à Leodio & Traiecto ad Mosam æquis interstitijs trium milliariorum Ieckræ flu. sinistræ ripæ insitēs oppidū. Centrones eo loco habitaſſe cōtendunt multi, bī hodie nōnihil mutata voce *Saint Truden*, id est Sæcta Gertrudis Albatia videtur, à Leodio sex, à Tungris tribus distans milliaribus. Ceresinos autem, quorum meminit Cæsar apud Gerei castrum habitaſſe dicunt, id à Leodio tribus abest milliaribus. Continet verò Leodiensis Episcopatus territorium, Ducatum Bouillonensem, cuius Dux Godefridus anno reparatæ salutis octuagesimo nono supra millemū in expeditione Ierosolymitanā primus consensis vrbis mœnib; viētrices erexit manus, ob idq; Ierosolymitanus Rex salutatusuit, quanquam regnum sine titulo usurparit, ei ſequenti anno ſuccedit Balduinus frater, quem primum Ierosolymorum Regem Histori dicūt. Marchionatum item Franci-Montensem, Comitatum Borclonensem ſeu Lootensem, & Comitatum Hasbanię, cuius ciuitas ræcipia est Borckyorm. Baronatus verò plures complectitur, Abilitas opulentissimas vltra quinquaginta. Oppida autem ciuitateque muris vallisque munitas præter eas quæ Traiectensis ſunt Diœfios, viginti quatuor. Earum prima maximaque est Leodiensis, eamque Metropolitana, mirum in modum inter montes celsissimos, i amœnissima quadam valle extorta, Mosa flu. perluitur, is duobus imis vrbē ingressus, in cōplusculas insulas elegatiſſimas eā dispescit, bidemque præter Legiam paulo ante nominatam, tribus pulcherrimis amnibus augetur, Vta, Vesa, & Ambluaro, ex Ardennæ ſaltu prouentibus pifculentissimis. Abundat insuper vrbis ipsa fontium perenium perpetua scaturigine, complures enim domos inuenias tribi aquarum viuentiū fontibus ornatās. Ciuitas est amplissima, vptē quæ ſuo cōplexu contineat montes altissimos, vallesque haud inuis profundas, torrentes complusculos, vineta haud paucā. AEdificijs conſtat lapideis pulcherrimis, palatium habet Episcopale maniſcentissimum, Collegia, Monasteriaque ac Hospitalia, ſeu Xeodochia permulta. Templa tum in vrbē, tum in ſuburbijs vltra cerum. Ciuitas est populosissima, cuius Incolæ induſtrij & ad quævis ibnei, lingua vtuntur Galica, eaque admodum corrupta, quod int vtramque Germaniam Galliamque ſiti, ab utrisque nonnihil mutuntur. Reliquæ vrbes ſunt Bouillon, Ducatus titulo insignis, Borclon Comitatus dignitate pollens, quemadmodum & Borckwörth Tungri ciuitas olim maxima ac Metropolitana, Episcopali dignitate clara Anno Christi 101. is Episcopatus postmodum Anno nimis salutis 138. Traiectum, tandem Anno à Natiuitate Christi 71 Leodiū trāſlatus est. Tungrorū autē ciuitas nobilissima, ab Attila Hunnorū Rege funditus euersa deſtructa; fuit, præter cetera ingnia magnificaq; ædificia vltra centū templorū ruinas videre erat: de eius amplitudo facile colligitur. Postmodum tempore Caroli alii Imperatori denuo à Nordmannis excisa ſpoliataque fuit. Siue ex potentissima amplissimaque ciuitate (ea est rerum omnium cōſtitudo ac instabilitas) in imbecille ac exiguum evasit oppidulū. Laud ſecūs Hoy ciuitas olim famosa,

ampla potensque, authoribus nōnullis Benefacta appellabatur, splendoris antiqui propter crebras euſiones à barbaris nationibus perpeſtas, vix quidquā retinuit, quin & ipsum nonen mutauit, hac etate Hoy à torrente quodam impetuoso, ibidem in Mosam' influentem dici cœpit. Hasselt Demeræ fluuij ſinistræ ripæ insitit. Dinantum autem ad Mosæ flu. ripam dexteram ſitum: ciuitas olim negotiationi ac mercaturæ dedita, ac nobilis, verū crebris incursionibus ac bellorum tumultibus fatigata, ad inferiorem nūc fortunam redacta est. Maſeick ripæ ſinistræ Moſæ fluuij adiacet, quemad nodum & Stoc kem. Biltē ad Demeram flu. ſitum exiguum oppidulum. Sanc̄t Truden, alias Centron, à Centronibns Cæſari nominatis populis dici putatur. Reliqua oppida huius tractus ſunt Tuinū, Viſetum, Varem, Beringium, Herck, Bree, Per, Hamont, Sinei antiquissimum oppidū, & Couines. His omnibus ob vicinitatem adiungam Aquisgranensem vrbem Imperialem, loco peropportuno optimo que ſitam, inter Brabantia, Lemburgi, Iuleæque Ducatus ac Leodij Episcopatum, diſtantem à Traiecto ad Mosam, quatuor & tantundē à Duren, tribus à Lemburgo, ſex à Leodio, & decem à Colonia Agripina milliaribus. Ciuitas à Grano Imperatoris Neronis fratre fundata, teſte Paulo AEmilio, qui ſecus Thermae aquarum calidarum ibidem scaturientium nobile magnificumque extruxit ædificium, ſuoque nomine nobilitauit, vnde ab aquis calidis, ac à fundatore primo composita diſtione, Aquisgranum vocatur. Ab Attila Hunnorū Rege misere olim vastata, ac grauia perpeſta, ac à Carolo Magno Imperatore non ſolū restaurata, ſed & ampliata aucta; que, omnibusque modis nobilitata ac ornata eſt, conſtituens eam cis Alpes Imperij regniq; Gallici primariam ſedem, ac perpetua lege ordinans Romanos Reges, elec̄tos designatoſque in ea vrbē corona ferrea, Mediolani argentea, Romæ autem aurea coronandoſ. Vrbs eſt nobilissima, aere fruitus ſaluberrimo, agroque gaudet circum circa pulcherrimo, quanquam quo ad ædificia habitationesque attinet, nequaquam veteri fama, nobilitati ſplendorique repondeat. Balnea Thermaeque tam intra vrbis mœnia, quā extra, ē terra erumpentibus aquis natura calidis habet, multis diuersisq; morbis apprimē viles. Eſt & reliquæ regionis aer optimæ temperie, & ſolum frumenti oninis generis, quemadmodum & fructuum fertiliſſimum & amœniſſimum. Omnis ferè præterea Leodiensis vrbis vicinia vinum profert, quanquam admodum tenue ac ignobile. Carnis, pifciū, ferinarum venationis ingens copia eſt. Vix tandem poſſibile aſtimant regionem quampiam repeſiri pulchriorem, magiſtue fertilem aut fœliciore hac ipsa, ſiue aërem ſpeſtes, ſiue limpidiſſimos fluuios vndique agros irrigantes, ſiue ſyluas opacas, montes vallesque, vineta & fructus, per omnem vicinum agrum prouenientes, ſiue tandem ferinarum venatum, pifcationem diuitem, amplumque aucupium cuiquam comparare velis. Fluminibus vndique rigatur, quorū maxima pars Moſæ miſcentur Legia, Vta, Vesa, Ambluanus, Ieckel, Hoy, Veſera, VII, Voer, Vrt, ac nōn illi alij ignobiliores riuuli, reliqui per Demeram ad Scaldim deferūtur: vti ſunt Ratbeck, Stimmer, Herck, Hesp, amnes limpidiſſimi. Syluis affatim plena, Ardennæ portiones ſunt, Sylua Iulio Cæſari celebra‐tissima. Eius portiuncula Comitatui Namurensi vicina, Saltus Mar lignianus dicitur. Montibus regio hinc inde tumulatur, vnde Minarum fodinas cernere eſt, nam præter ferri fodinas, quæ iuxta Hoy, ac Dinantum oppida exercent, vbi & Alabaſtri Marmorisque variegati ac diuerſi coloris ingēs copia eruitur, plumbi quoque aurei; nonnihil reperitur. Ipſeque Leodiensis ager foueis cuniculis in imum actis, ad miraculum profundis, aſſidue fatigatur, vnde & ferri & carbonum quos Lithanthraces vocant, vernacula lingua Steenkolen, ingens eruitur copia. Salis nitri vix vſquam plus fit. Thermis insuper aquarum calidarum haud minus ea regio à natura donata eſt, præter enim illas quas paulo ante nominatiſſimas Aquisgranenses diximus, ſunt & Tungrenses Thermæ, quorum Plinius lib. 31. historiæ Naturalis meminit his verbis. Tungri ciuitas Galliæ fontem habet in ſignem, plurimis bullis ſtillantem ferruginei ſaporis, quod iſpsum nō niſi in fine potus intelligitur; purgat hic corpora, tertianas febres diſcutit, calculorumque vitia, eadem aqua igni admota tur-



TREVERENSIS EPISCOPATV S.

bida fit, ad postremum rubescit. Hæc Plin. verūm is fons non ipsa Tungrorum vrbe, sed octo milliaribus ab ea distante loco visitur, à Leodio quinque, à Lemburgo duobus cū dimidio, haud procul Spay oppidulo, eum fontem acidum, lingua autem vernacula Zoenborn vocant accolæ. Lucas est amoenissimus Ardennæ sylua ramus, plurimis scaturiginibus aquarum limpidissimarum refertus, quarum aliæ aliæque sunt complexiones ac proprietates ad varia morborum genera efficacissimæ, omnium autem præcipius in ædito monte situs Sauenier appellatur, medeturque tertianæ febri, hydropticis, calculosis, hecticæ febri, stomachum purgat, nec non & guttæ Scyathicæ prodest, reliquæ notæ singulæ cum Pliniana descriptione concordant. Atque hæc sunt quæ de Leodiensis Episcopatus diœcesi referre libuit. Terminatur ea à Septentrione & Occidente Brabantia, ab Oriente partim Mosa, partim Lemburgij Ducatu, à Meridie Namurtensi Comitatu. Locus eius Occidentalior longitud. habet grad. 27. vbi Namur. Orientalior autem grad. 28. min. 7. vbi Lemburgum, Meridionalior autem latitu. habet grad. 49. min. 42. vbi S. Hubertus, Septent. autem grad. 51. min. 8. vbi Stockum, medio itaque octauo climati subest: parallelus autem per eam transiens decimus octauus est, numero Heterosciorū verò 12. diem perinde totius anni maximā habet horarum 16¹. longa autē est ab Occasu in Ortum mill. Germa. 13¹. Italicis autem 54. lata verò à Meridie in Septent. German. 21¹. Italicis autem 86.

TREVERENSIS

EPISCOPATV S.

TReuirenses cum Italæ Viterbo ac Genua de antiquitate vrbis suæ certant, vtrisque ciuitatem suam assérētibus totius Europæ primam. De ea autem lite non est nostri instituti hīc quidquam referre, primam tantum fundationem eius vrbis, vnde nominis origo emergat ex eorū Chronico brevibus adducere libet, id in hunc ferè modū tradit. Quod cùm ob perpetrata in ea sclera, peccataq; Deus vniuersam terram Diluuiō suffocasset, neminemque præter Noēm cū filiis filiabusque in vniuersum octo saluasset, vixerit deinceps Noē post Diluuiū Annos 300. quo tēporis spacio ita in immēsum aucta sit eius progenies posteritasque, vt colonias educere in diuersas orbis partes coacti sunt. Filio itaque Noē Cham nascebatur Chus, illi Nimrothus, huic Belus Iupiter, qui Ninum genuit, is vrbem condidit Niniuen ingentem, ascita sibi in vxorem Regina quadam Chaldea, ex qua filium suscepit Trebetum, postmodum vxorem duxit aliam Semiramidem, ex Iaphetis posteris (Ascalonitis ea erat.) Mortuo autem Nino rege, Semiramis regnauit Babylonijs annis 42. Ea præterquam quod Virago esset, impendio impudica erat, vnde cùm filium priuignum ad concubitum solicitaret, ac quasi vrgeret cogeretque, ipse cùm iustus virtutis que amans esset, quo matris nefariū conatum simulque sibi imminens periculū euitaret, cùm de comiteatu viatico que prospexit, confensa nauicū cum comitatu suo mari se se comisit, orans D. Opt. Max. nauim in longinquam, ignotamq; aliquam terram dirigeret, in qua à matris malitia impudicitiaq; securus esset, post longā tandem nauigationem ei loco quo Rhenus flu. in Oceānum effunditur, appulit. Quare cum vniuerso comitatu suo, ac iumentis aduerso Rheni flumine ascendens ad Mosellam amnom peruenit, cùmque ad eum locū quo Treueris hodie sita est, peruenisset, regio que, agris, pratis, amnibusque irriguis amoenissima, montibusq; quasi naturali muro munita arrideret, illic initio cum Comitibus cōsilio, manere statuit, condita itaque vrbe, ipsi eam Principis sui nomine Trebetam appellauere. Illi itaque populi vrbem nomenque suum vetustum etiamnum seruant, vno alteroque tantum mutato elemento: vti pro Trebera Treuera nunc dicatur, apud hos insignis olim cognoscendā causā curia populi Romani erat. Archiépiscopali hodie dignitate ac principatu nec non & electoratus titulo clara est. Habetque Ecclesiam Metropolitanam Mediomatricis, Leucis, Virodunensibusque præsidentem. Continet autem Treverensis Episcopi ditio Comitatus Wirnebergensem, Spanheimensem, Manderscheitensem, & Arburensis, Baronatus item à Ryffercheit, à Rülingen, & à Rhineck. Complectiturque præter tractū Obrincanum, quem vulgo Hunnorū recessum, seu vti nonnulli volunt, Canis tergum, vernacula autem lingua Hunds-ruck appellant, Westerichiæ

quoque, id est, Occidentalis regni olim dicti, & Eyfaliae portionem, & quæ Ripuaria dici solet, terra inter Mosellam, Rhenum atque Mosam posita. Ciuitates in eo tractu sunt Sarburgum Imperialis, Beilsteinum, Trarbachum, Cella, Confluentia, à confluentibus duorum celeberrimorū amnium Rheni & Mosellæ dicta, oppidum est nobile & antiquitate clarum. Boppardum olim Bodobriga, Veldentium, Bacharacum. Omnium autē caput ipsa Treueris. Naturali loci (vti Simon Richwinas ad Munsterum scribens testatur) satis est ad delicias & amoenitatē fictam, siue montes & valles, siue flumina & riuos pratis interiectis spectare velis. Montes Bachico cultu virent, ager satis hic est fœcundus, omnis generis pisces & ferina hic abundant. Mores hominum hīc natorum plerunque tristes sunt, & ad Melancholiam proclives, sed tamen mansueti, paulatim cōmercio extraneorum, & Stoicum illud supercilium coniunctu seu recreatur. Aufonius benè de Treuiris meritus, alicubi de illis aptissimè ait: Quin etiam mores & lātum fronte seuera Ingenium natura suis concessit alumnis. Aēr frequenter hic est nubilus & pluuiosus, vt quidam hoc accommodant cloacam Planetarū, verūm id propter conuallem, vbi nebulæ suspenduntur, euénire dicimus. In vniuersum Mosellanorū corpora laboribus induruerunt admiraculū, per montes aērios, veluti capræ reptare & euadere spectantur. Palatium Treuiri est spectandæ antiquitatis. Aliæ insuper moles adhuc extant, aliæ sub cæcis terræ speluncis sepultæ iacent, & hactenus ille. Quantum verò attinet ad terram Obrincani tractus, ea paucis ab hinc annis ad magnam fertilitatem est perducta, antea enim ægrè produxit frumentum, nisi solum prius duobus aut tribus annis fuisset fimo maceratum: nūc verò omnia ibi satis largiter proueniūt præter vinum, quod tamen iuxta aureum fluum, nonnullis que alijs locis crescit. Est & Eyfalia terra multum montosa & aspera, agerq; præsertim in medio sylvestris & squalidus, vnde præter auenā vix quidquā elici potest. Versus Rhenum tamē & Mosellā fœcundior est. Fluminibus autē rigatur is tractus Kil, qui & Gelbis, Pruim, Vr, Sara, Ahra, Sura, ac infinitis alijs ignobilioribus amnibus, torréibus ac riulis, qui omnes tandem Mosellæ, quæ Obrinca Ptolomæo dicitur cōmixti, ad Rhenū deferuntur. Montes quibus regioasperatur Meliboci, Abnobiq; portiones sunt, alicubi Ostlingus, alibi Hairicus dicitur. Sylva verò partim *VVester-rraldt*, partim verò *Eyder-rraldt* & *Ebers-rraldt* vocantur. Lacus continet hic tractus binos, quorū alter iuxta castrū Vlmen extat, tantæ profunditatis, vt fundus illius nulla mensura possit deprehendi, plumbo etiam ad 300. orgyas dimisso. Alter haud procul abest à monasterio quodā dicto *Zum-laich*, profundus & hic est, nec vllū riuum recipiunt, cum multos emittant. In hoc Laicensi lacu lapides inueniuntur viridis, crocei & rubicundi coloris, vt Smaragdos & Hyacinthos mentiātur. Minærarū penē omnis hic tractus fœcundus est. In Comitatu Spanheimensi haud procul à Trarbacho iuxta Hersteinensem arcem æs, cuprumq; purissimum eruitur, à quo nullū segregatur argentū, ob idq; ductile est, cùm nullū ei admisceatur plumbum. Alio in loco prope Trarbach, effoditur plumbi magna copia, quod sine impensis magnis depuratur. In Birkenfeldensi præfectura, in pluribus locis argenti venæ se se afferunt fossoribus. Similiter prope Creutzenacum argēti fodina quædam reperta est, sed hactenus neglecta. Argentū etiā circa Mayen oppidum effoditur. In dominijs Sleda, Cronenberg, & Keila in valle Hellental dicta, sunt ferri minæræ, vbi massa & fornacis fusiles fiunt, qui vltra citraque per Germaniam transportantur. Thermæ ægritudinibus varijs salutares visuntur in Bertric, distantes à Mosella amne sesquimiliario. Terminatur à Septentrione Comitatu Nassawensis, Ducatu Montensi, & Episcopatu Colonensi, ab Oriente Ringouia & Hassia, à Meridie Westerchia & Bipontino Ducatu, ab Occidente Ducatu Lutzenburgensi. Locus eius Occidentalior longitudinē habet grad. 28. min. 16. vbi Schoneckū, Orientalior autem grad. 29. min. 53. vbi Wesalia. Meridionalior autē latitud. habet grad. 48. min. 50. vbi Sarburgū, Borealior autē grad. 50. min. 4. vbi Andernacū, vnde climati subest octauo, paulò post eius initiū, penē ad medium vsq; eiusdē, parallelus itaque per eam transiens 17. est numero, Heterosciorū autē vndecimus. Diem proinde habet maximā horarū 16. aut paulò vltra. Longitudinē autē obtinet ab Occidente in Orientem mill. Germa. 17¹. seu Italic. 70. latitudinem autem à Meridie in Septentrionem mill. Germa. 74. Italic. autem 8¹.

p. 58. demiranda

CAutum est priuilegio Regiae Maiestatis Hispaniae, ne quis Calcographus
in hoc Belgico, ausit præsentē Librum, cui titulus est, *Speculum Orbis
Terrarū*, intra annos octo quoquo modo imitari, imprimere, neu alibi
impressum venut exponere ac distrahere, citra authoris cōsensum: qui secūs
faxit, confiscazione librorum, ac insuper sex florenorum multa pro quoquis
librorum multabitur, prout latius in Originalibus literis patet.

Datis Bruxellæ in consilio Regis priuato, Anno salutiferi partus 1577.

Subfig.

De Boote.


*Idem Casarea Maiest. Priul. interdictum, ad annos 10.
Datum Viena Anno 1575.*

HOc Geographicum totius Germaniae Imperium, repræsentans *Speculum*, nihil conti-
net fidei Catholicae contrarium, aut bonorum morum offensiu[m], quinimo multum
vtilitatis studiosis est allaturum: quare imprimi posse iudico. Datum Antverpiæ
Idibus Septemb. Anno 1573.

*Syluester Pardo S. Theolog. Licenciatus, & Cathedr.
Ecclesiae Antuerpien. Canonicus.*

Venundantur Antverpiæ, in platea vulgo dicta, de Catelyne Vesten,
ad intersigne Floreni aurati, in ædibus
Gerardi de Iode.

Typis Gerardi Smits.

P. F. D. M.

1573
S.

